

100 CAP. IV. DE FIXIS SEU ASTERISMIS,
quibus rostrum duntaxat nobis conspicuum. Reliquæ autem 15.
imagines in opposito antipodum cœlo, ab Indiæ lustratoribus ob-
servantur, & describuntur.

XX. PHOENIX *rogo ardenti impositus*, intra piscem no-
tium & Eridanum sub cauda Ceti, habet Stellas 14. Aliis Crux
sub Eridano.

XXI. TOUCAN *avis seu anser, & pica Brasilica seu Indi-
ca*, Stellis 8. media inter Indum & Phœnicem; insidet hydro, te-
nens rostro ramum.

XXII. HYDRUS, Wasser-Schlange / exortus sub Phœ-
nice, prope extremam Eridani, caudæ extremitate proximè at-
tingit ac q. demonstrat polum mundi seu Æquatoris antarcti-
cum. Stellis 15. constat.

XXIII. INDUS seu *homo Indianus* intra Pavonem &
Toucan. Pingitur vir sagittas seu tela in utraque manu tenens,
Stellas habet 12.

XXIV. PAVO proximè astat Indo sub ♂, hujusque co-
rona. In istius caudam stellantem oculos Argiobiisse fingit Ovid,
Constat 16. stellis.

XXV. APOUS & *Apis seu avis Indica, Avis Paradisi, Pas-
tridiss. Vogel* / sequitur Pavonem, cauda versus pol. mundi an-
tarct. versa. Stell. 12.

XXVI. TRIANGULUM AUSTRALE, *Trigonus
Notius*, sub ferâ Centauri & Ara. Continet in angulis lucidiores
3. & 2. minores.

XXVII. CRUX, Hispan. *Cruzero*, inter pedes Centauri,
ad quos olim etiam pertinuit. Stellis constat lucidioribus 4.

XXVIII. MUSCA seu *crabro indicus* sub pedibus Centau-
ri, stell. 4.

XXIX. CHAMÆLEON *aëre vicitare dicitur, vario-
que colores assumere*. Subjectus est Muscæ, in quam linguam vi-
brat. Stell. 10.

XXX. PISCIS VOLANS seu *passer marinus, xiphiae
proxi-*